



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 12. Pax confidentium in Deo, est prorsus inviolabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

Qui confidunt in Deo , Sanctissima  
voluntati se in omnibus  
conformant.

*Tertius fons vera pacis.*

§. XII.

**Pax Confidentium** in Deo est profusa  
inviolabilis.

**Q**ui confidunt in Domino, validiore  
firmamento & securiore circumvallo  
sunt praesidio quam mons Sion; hic enim  
quamvis montes in circuitu ejus, dissolventur  
aliquando & eradetur e terra ut ceteri; illi  
vero qui fiduciam suam divino in Numinis  
defixam habent, non commovetbuntur ma-  
ternum. Hi sunt qui perfundunt impetu-  
bili animi pace, quam Seneca saepe appelle-  
bat altam securitatem, quae securitas nonne-  
lucet duntaxat in fronte aut emicat in labii,  
sed in corde ipso sedem fixit innixam Deo  
qui istic residet. In his vere completur quod  
precatus olim est David Nabali cum ad eum  
suo nomine salutandum mitteret nuntios his  
verbis: *Sit fratribus meis & tibi pax & domini  
tua pax & omnibus, quacunque habes sit pax.*  
*¶ Reg. 25. Audent hujusmodi provocare in*

seaer  
grand  
creata  
scuto  
viciis  
com  
nec  
qua p  
nenti  
minu  
event  
tunt,  
suo ,  
quan  
vincæ  
dam  
fa co  
gaud  
me f  
junx  
quer  
meni  
imm  
si ve  
non  
præt  
futur  
facia

seacristempestates, pruinas, imbræ, nives,  
grandinem, & ventorum furias: omnibus  
creaturarum injuriis superiores sunt, quia  
scuto fiduciae in Deum proteguntur: nec  
vicissitudines timent temporum, nec rerum  
commutations, licet sibi periculosas, licet  
nec obliviscantur prudentiae nec industriæ  
qua pollent, à Deo donatae ut se malis immi-  
nentibus eripiant, si possint; nihil tamen  
minus conturbantur, quia omnes rerum  
eventus divinæ providentiæ securi commit-  
tunt, ut disponat ac ordinet pro beneplacito  
suo, imò eligerent potius cuncta perdere,  
quam voluntatem suam non conformare di-  
vinæ etiam in re minimâ. S. Gertrudis qua-  
dam vice prolapsa fuerat in foveam, sed illæ-  
sa continuo erexit se in pedes singulari cum  
gaudio propterea quod diceret, æstimassem  
me felicem si hic me casus sponso meo  
junxisset; cumque non nemo ex adstantibus  
quæreret: nonne doluisses si absque Sacra-  
mentorum Ecclesiæ perceptione decessisses;  
immò verò, respondit illa, summè doluisse  
si vel in minimo voluntatem meam divinæ  
non conformasse. Et certè quid juvat vel  
præteriorum amara recordatio, vel sollicita  
futurorum formido? nam quidquid demum  
facias, nolens volens id velle debes, quod  
Deus

Deus voluerit Quis poterit ejus resistere.  
Iuntati? Quis statutum ab ejus providentia  
ordinem immutare? Res insensatae & pa-  
simæ quævis obediunt imperio ejus: ignis  
grando, nix, glacies, spiritus procellatum fa-  
ciunt verbuni ejus. Angeli boni & malorum  
ministri mandatorum ejus & executores ju-  
stitiae, faciunt nihil, nisi quod ipse voluerit;  
morbis & mortalitatis, bella, fames, inundationes  
aqua rum & incendia, fulmina & tem-  
pestates ei ad nutum parent; *vocata diuina*,  
*adsumus*, & dimittit ea quocunque libuerit;  
nec aberrat unquam ab eo quæ statuit ferire;  
& sicut iustus ejus sunt indeclinabiles, ita quo-  
que protectio ejus est inexpugnabilis omni-  
bus creatis viribus. Unde S. Jacobus ex-  
micola dæmoni, à quo vexabatur, intrepidus  
dicebat: percute maligne spiritus, percute,  
quantum potes, si tibi Deus permisit; nam  
si non permisit, non te timeo, disrup-  
paris licet præ rabie, tuas minas  
flocci facio.

—S(\*\*\*)—

§. XIII.